UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

Inuentio S Crucis. S. Aufridus Epis. S. Alexander Pp. M. 3. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1. Inuentio S. Crucis Dñi duplex accidit tempore Conſtantini M. Imp. altera ligni ſancti per B. Helenam Imperatricem è terra vna cum titulo S. effoſſi, & miraculis comprobati, ad cuius cultum mox baſilica in Caluariæ monte erecta eſt: altera ſigni eiuſdem in labaris militaribus ante exercitum præferendi, quod Conſtantino cælitus oſtenſum eſt, cum à Rheno copias in Italiam aduerſus Maxentiũ perſecutorem Chriſtiani nominis ductabat.

2. S. Alexander Pp. cum presbyteris Rõ Ecl. Euentio & Theodulo ſub Imp. Hadriano tẽtus, poſt vincula, carceres equuleũ, vngulas & ignes creberrimis punctis per tota membra cõfoſſus pro Chriſti confeſſione eſt peremptus.

3. S Anfridus Vltraiectinus Epiſ. deſerto ſæculo & coniuge conſentiente ordinatus, ipſe ſuam quoque coniugẽ in Monaſterio ſub Benedicti Regula Deo velauit. Obijt ſub A. D. 1008,

Inuentio S Crucis. S. Aufridus Epiſ. S. Alexander Pp. M. 3. Mai.

Cultus S. Crucis.

Ad omnem aditum & exitum, ad menſas & lumina, manus pingat crucem. Hieron.

Deus qui in præclara ſaluti feræ Crucis inventione paſſionis tuæ miracula ſuſcitaſti, cõcede vt vitalis ligni pretio (interceſſione SS. tuorum Auf. & Alexandri) æternæ vitæ ſuffragia conſequamur per *D. N Ieſum* Chr. &c.

Ora pro Novitijs Religioſis, &

Maius ı Theil.